

Universitätsbibliothek Paderborn

**De Monstris Et Monstrosis, Qvam Mirabilis, Bonvs, Et
Ivstvs, In Mvndo Administrando, Sit Devs, Monstrantibvs**

Stengel, Georg

Ingolstadij, 1647

§. 2. Cum veste carneâ natus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-51168](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-51168)

his sarcina hæc imponitur; quam etiam plerique senes coguntur gestare annis & morbis grauati, vt deorsum pressi oculis sepulchrum sibi quærant: ob quam cauſam & *silicernia* vocantur. Est igitur illis gibbus, velut cippus ac monimentum tumuli eos expectantis. Ita enim paulò post, non tergo tantum cumulato, sed saxo sepulchrali prementur; quo vt libentiūs eant, cum onere eunt. Onerati omnes, si sentiunt onus, magis libentiusque prope- rant ad quietem.

§. II.

Cum veste carneanatus.

Plectitur & vestium peregrinus luxus^s Conrad.
ſua monstroſitate; & ſæpe exprimit errans Lycothé.
natura, quod malè affectauit turnens ſu- An. 1535.
perbia. Quid enim aliud ſibi voluit, circa
Annum 1535. Bremopyrgi in vrbe Mar-
chiæ infans, qui teſte Fincelio, ita natus
eſt in corpore circumflua & laxa cute, im-
mo mole carnea, vt indutus ſago militari
Germanico crederetur? Fortaffe infantis
iſtius mater, ſagum militare nimis curioſe
aſpexit? fortaffe ita incedentem nimis fa-
ſtuosè militem despexit? Nam talis dicere
potuit: *Induātur, qui detrahunt mihi, puer.* Psal. 108.
dore: 29.

270 Cap. VIII. Reliqua corporis membra,
dore: & operiantur sicut diploide confusio-
na. Denique quid si sago digna fuit saga
ut adeò proles eius indicaret, matrem sui
intus & in cute nihil valuisse?

§. III.

Sanctorum virorum irrisores equorum ritu
caudati facti.

Sæpe Deus irridet irrisores suos, aut
suorum, eosq; ignominia notat, qui Diu-
alicui notam volunt aspergere. In Angli-
cana historia de D. Thoma Cantuariensi
hæc habet Polydorus Virgilius: *Rogerius ut*
homo facinorosus, cum sui furoris sociis episo-
pis, continuò in Normaniam aduolat, atq;
ibi simul ad vlciscendū ardentes regem adeunt,
apud eum nomen Thomæ deferunt, eundem
accusant, culpant, criminantur, quòd sacer-
dotij libertatem, quòd ius humanum pariter
atque diuinum, quòd instituta maiorum euer-
tere, corrumpere, delere deniq; conetur, qui
sibi tantum sumat, ut velit episcopos suo arbi-
tratu Christianorum cœtu excludere, exclu-
sosq; perpetuò exterminare: item regia prero-
gatiwæ derogare, ac cunctis ius ciuium tol-
lere. Præterea si quos sentiant in aula esse, qui
inimico sint in ipsum Thomam animo, eos av-
dentes similiter inflammant, inflammatos, at-

Polyd.
Virgil. l.
13. Angli-
can. hist.

Marti